

# Intepellator Img.

105

Si quid est in me ingenii iudiciiq; Auditores omnium  
Ordinum Honoratissimi, quod sentio, quam mihi sit exiguum, aut si qua  
exercitatio dicendi, in qua non inficior mediocriter me esse versatum, aut  
si quis recte in me est rationis usus, ab optimarum artium studiis, ac  
meliori disciplina profectus, a qua nullum confideor aetatis meae tempus  
abhoruisse; Ego eadem, iuxta iudicii mei captum, sentio, bellè admodum  
& appositè plenam instituti nostri ac propositi rationem aperuisse Prologum,  
auresq; vestras, Auditores venerandi, satis commode ad auscultandum parasse;  
sed nondum integrè, nondum perfectè. Non enim nominavit ille hos optima  
Spei iuvenes, quos adestare videtis, tanquam quosdam Declamatorum antecesso-  
res. Abducite igitur, abducite gaulister animos vestros, A. V. a prioribus  
illis cogitationibus, dumq; mysterium Circumcisionis dominicae cum in sanguinis  
primitiis, tum in nominis deliciis vini contemplandum sistent ~~Auditores~~ Decla-  
matorum obstringebat, Considerate, considerate Circumcisionem Spe-  
ciatim, in quantum eam noster recens-natus Iesus in carne sua sustinuit, ut  
se Dominum Legis Legi subiceret, et non sine dolore purpurei sui sangui-  
nis primicias pro nostris peccatis funderet, nos liberet a iugo Legis redi-  
diturus. Considerate, haec in isto, haec et alia, dumq; Iesuli, octavo die  
in praepitio carnis suae saevo cultro circumcisi, dolores cogitatis, mi-  
ramini haec mecum immeritam Dei clementiam, qui cum ad ipsum nobis  
ascendere non liceret, ipse ad nos descendit, legi satisfaciens. Miramini mecum  
immeritam DEI potentiam, q; ex duobus distinctissimis, divina scilicet et humanà natura,  
fecit in Circumcisione unum conjunctissimum, ut non magis homo, sed DEUS homo  
circumcideret. Miramini immensam Dei sapientiam, qui, ut nostrae redemptio-  
nis initium daret, vis natus circumcidi voluit. Ut autem tanto plenior men-  
tem vestram subire possit miratio, ecce procedent iam & antecedent duos illos  
Declamatores duo Antecessores, iuocis ingenii sui vires in cursu sermonis  
periclitati, dum alter quidem in hac splendidissima vestra Corona de Circumcisione  
puerorum V. T. generatim, alter de Circumcisione pueri Iesu in N. T.  
Speciatim, differet, autem uterq; ille differet, ut utrumq; pollicem premere proq;  
palma decertaturis herbam porrigere hant dubitaturi sint. Iubeo proinde, ut  
procedant Antecessores proq; modulo ingenii iudiciiq; munere suo rite fungantur.  
Vos vero, Auditores Eruditorum optimi et optimorum Eruditissimi, q; qdem  
ardentibus et flagrantibus a vobis contendo precibus, eandem per breve temporis  
spacium Antecessoribus aurium aedes, quas Declamatoribus locabitis, locate, hoc est,  
conueniensem Orathunculos, brevi stylo ac filo contextas, pro viribus tamen figurarum  
luminibus illustratas, non ociositer, non negligenter, sed libenter & patienter  
benevolentissimis exquisitissimisque auribus audite. Date loquenti his, quos adestare  
videtis, Adolescentibus, veniam, nec in malam partem rapite, si quod forte illi  
hallucinationis

ru  
ilia  
hu  
belis  
ing  
No  
yo-  
leg,  
stis  
far  
tis  
ad  
al.  
Dep  
est  
is,  
ne  
e d  
ru  
rie  
du  
re  
eren  
had  
hunc  
um  
d  
ti,  
tas  
tra  
os  
rum  
uosa  
bg,  
stas  
e,  
inis  
men-  
en-  
otig  
l  
anda  
me  
par  
ax